

Aus d. Grinburs. Auslin

Nr. 59.1.

COMMENTATIO

AD

PSALM. II., 7.

QVA

DEFENDENDAM
DISSERTATIONEM THEOLOGICAM
IN AVGVRalem

INDICIT

IVSTVS FRIDERICVS FRORIEP

SANCTAE THEOLOGIAE DOCTOR

m.

A. D. IV. FEBRVAR. MDCCCLXXIII.

E R F V R T I

LITERIS NONNII, ACAD. TYP.

COMITATI

6A

22 VENIT H. A.

6A

PITTENS FUNDAM

DISSESTITUTIONM THEOLOGICAM

INDIVIDUUM

INDIVIDUUM

LASTAS FREDERICAE FLORIB

DISCIPULAE THEOLOGICAE DOCTOR

A. C. DE L'ESPAGNE. MCCCLXXII.

EX LIBRIS

LIBRARIA MONASTERICI AGAD. ET

I.

Quod mihi ante quindecim menses demandatum fuit in hac academia Theologiam Augustanae Confessionis docendi munus, hoc jamdudum a me postulabat, vt Serenissimi ac Clementissimi Electoris EMERICI IOSEPHI indulgentiam eadem, qua ex more fieri solet ratione summis extollerem laudibus, hoc est, vt prolusione quadam obcundam, quae mihi tradita esset, prouinciam, aut eandem aliqua ex parte jamjam administratam indicarem, vt in tenuendo munere omnem fidem ac diligentiam promitterem, vt pro salute Patris Patriae gratae mentis vota Deo nuncuparem. Sed, quo minus haec facerem, variis sum impeditus negotiis ac causis, quibus nominandis facile superfedere possum. Cum vero haud ita pridem jusserrit optimus Princeps, vt in primum Collegii Professorum Theologiae Augustanae Confessionis locum me conferrem, atque in hac academia linguis et literaturam orientales profiterer; cum nobis contigerit esse tam felicibus, vt illustissimum reuerendissimumque DAHLBERGIVM, qui ipse in omni literarum genere versatissimus ac singulari humanitate & comitate praeditus est, Proprincipem, Protectorem, Maeccenatem colere queamus; cumque mihi constitutum sit, nouam, quam scripsi, rationem conjungendi theologiam dogmaticam cum theologia morali de cathedra publice defendere, non possum, quin consuetudini paream ac programma, breue licet, scribam.

II.

In quo quidem placet, pauca de psalmi secundi comitate septimo praefari. Digna enim sunt verba: אל אַפְרִה וְיָהּוּ אֲלֵי בְנֵי אֶתְהָ אַנְיָהּ הַיּוֹם יְלֹתָךְ quae rursus

considerentur, praeſertim quum quae in vſu eſſe ſolet
eorum interpretatio in dubium reuocari poſſit. Ut
vero nouam eandemque doctrinae puriori oppofitam ex-
plicationem in medium proferam, tantum abeft, vt po-
tius talem commendem, quae a viris doctifimis jamdum
eſt probata, aeternamque filii Dei generationem luculen-
ter demonſtrat. Attamen negare nolo, quasdam a me
adduci obſeruationes criticas, philologicas, exegeticas,
quae in aliis de hoc loco commentariis & diſſertationibus
deſiderentur. Scilicet, quantum ego judicare poſſum,
quatuor in primis ſunt commemoranda dicti noſtri inter-
pretationes. Prima eorum eſt, qui aeternam filii Dei gene-
rationem immediate ex illo probant; ſecunda eorum, qui re-
ſurrectionem Iefu Christi a mortuis intelligunt; tertia no-
uam vitam regalem, ſeu iſtauratum Dauidis imperium
ſpectat; quarta denique ad declaratam filii Dei genera-
tionem reſpicit. Quarum quidem expofitionum priores
tres mihi diſplicent, quarta arridet. Nec enim mihi per-
ſuadere poſſum, τῷ θεῷ in eſſe ſignificationem aeternita-
tis, licet ii, qui primae addicti ſunt ſententiae, vt Pfeiffe-
rus, (opp. philol. pag. 292. 293.) Geierus, (in commen-
tario ad Psalmos, p. m. 24.) Hackſpan, (nott. philolo-
gico-theol. II, 10.) venerandus Cramer, (in der poëtiſchen
Vebersetzung der Psalmen, III, 179.) alii a me diſſentiant;
nec cogito, argumentum Psalmi clare ſatiſ perſpici, ſi vox
τοῦ θεοῦ, de actu ipſo, non de illius declaratione, intelliga-
tur. Quod attinet ad ſecundam & tertiam expofitionem,
utramque defendant Arminiani, ut de Socinianis, de Ju-
daeis, deque aliis nihil dicam. Limborchius enim in
commentario ad Acta Apoſtolorum (XIII, 33. pag. m. 126-

128.)

128.) ita: resuscitatio Christi ex morte, inquit, seu reproductio in vitam, est generatio quaedam, qua Deus Pater ipsum e terrae gremio quasi denuo genuit, eique vitam de nono dedit. Grotius in annotatis ad vetus testamentum (P. I. p. 440. edit. Paris. 1644. fol.) nostrum locum interpretaturus sic loquitur: "optime vertas: o fili mi! hodie (id est, hoc tempore) ego te genui: nouam vitam, regalem scilicet, tibi constuli. **N**on Hebraeis saepe nihil aliud, quam nota vocatui. Apparet Genes. XLIX, 8. Reges dicuntur filii Dei & qui inter eos excellunt, primogeniti. Psal. LXXXIX, 27." Sed utraque explicatio leuioribus nititur rationibus, in quibus refutandis non est, quod tempus operamque collocemus. Igitur ad quartam progrediamur interpretationem ac videamus, quanti viri eam amplectantur, quaeque ad commendandam eam faciant.

III.

Quis est, qui neget, Mosem Amyraldum, Theodorum de Blanc, Vriemoetium, C. B. Michaelis, Hermannum Venemam viros esse, quibus nec doctrinae, nec iudicii, nec veritatis amoris laus sit deneganda? At hi ipsi viri locum nostrum declarative interpretati sunt. Amyraldus, a quo paraphrasis in psalmos Davidis scripta est, pag. II. editionis secundae Jesum Christum ita differenter in medium producit: Quapropter Pater meus coelestis, respiciens ad resurrectionis meae diem, mihi dixit, (perinde est enim ac si edita e coelo voce id aperte pronuntiasset) Tu es filius meus, pro eo te agnoscō, hodie genui te, cum quis esses, testatus sum aperte, & in conspectu totius orbis propalam manifestavi. Theo-

A 3

doro

doro de Blanc p̄aeclarum librum debemus, qui diuisus
 in duas partes & decem sectiones, editusque Hamburgi
 annis seculi nostri duodeuigesimo & vndeuigesimo sic in-
 scribitur: Principes contre les Sociniens, ou l'on defend
 les premiers fondements de la religion chretienne par
 l'ecriture sainte & par la raison. Sectionis quintae caput
 vigesimum sextum (P. I. p. 549-580.) totum in eo ver-
 satur, vt locus noster illustretur ac collatus cum effato
 Sancti Pauli (Act. XIII, 33.) significationem declaratiuam
 exhibeat. Vriemoet, cuius adnotaciones philologico-theo-
 logicalae ad dicta classica theologiae dogmaticae veteris testa-
 menti selecta tribus apparuerint tomis, eandem de sermone
 Dei Patris fouet sententiam: (I. 199-205.) Interpretatur τὸ
 γένος σου, οὐ τὸ γένος σου, non: genui te, sed genitum declarauit te, & addit: nun-
 quam magis publice declarauit Deus Pater, Messiam esse
 vere genitum aeternum & naturalem filium suum, quam
 tunc, quum regem eum constituit, vniuersali & diuino
 dominio. C. B. Michaelis edidit commentatiunculam de
 Jesu Flio Dei per resurrectionem ex mortuis demon-
 strato ex Psalmo II, 7. scriptam in feriis Paschalibus A.
 cto incriv; in qua ita: (plag. B.) satius fuerit, inquit,
 illud γένος σου, οὐ τὸ γένος σου, non tam de generationis actu, (qui
 tamen supponitur, quin & quam maxime simul innuitur)
 quam de illius manifestatione ac declaracione intelligere,
 Venema, cui commentarium in Psalmos Dauidis debe-
 mus, qui sex constat tomis, nostrum locum eodem mo-
 do explanat, quo Vriemoet eum exposuit: scilicet decla-
 ratiuē eum intelligentum esse ac de statu exaltationis Chri-
 sti explicandum arbitratur. Videmus ergo, adductos in-
 terpretes in eo, quod caput rei est, consentire, dissentire
 vero

7

vero alterum ab altero, si quaeratur, num vaticinium ad tempus resurrectionis Christi solum spectet, an potius ad totum exaltationis statum. Ad me quod attinet, illud sub quadam conditione affirmo, ac sententiam meam vberius expono.

IV.

Priusquam vero comma ipsum verto, versum expono, expositum demonstro, necesse est, ut obseruationes quasdam criticas adducam. Et earum quidem binae desumptae sunt e codicibus scriptis Erfurtenibus, quorum secundus vocem אַפְרָה ostendit magno Aleph scriptam exhibet, tertius loco הַלּ ostendit הַלּ cum Tsere. Vtraque lectio in bibliis Halensibus J. H. Michaelis omittitur, quamuis materiem cogitandi praebeat. In numerandis illis codicibus scriptis sequor (sequuntur & alii) dissertationem philologico-criticam de codicibus MSS. biblico-hebraicis maxime Erfurtenibus, quam praeside dicto Michaelis placi-do eruditorum examini subjicit Abrahamus Kall, a. d. III. Julii MDCCVI. In hac dissertatione quinque codices Erfurtenses doce & accurate describuntur; sed qui in eadem quintum tenet locum (§. 8. p. 7.) hodie in Bibliotheca plurimum reuerendi Ministerii euangelici desideratur. Nimirum anno hujus seculi vigesimo septimo, ut ex illustri viro SCHORCHIO accepi, (qui ipse comite beato Fratzschero tum Pastore Thomano, postea Coburgensium Superintendente generali eum obtulit) hic, de quo loquor, codex quintus immortali Electori Moguntino Lothario Francisco humillime dono datus est. Vbi vero hodie seruetur, ignoro. Quod ad primam illam obseruationem attinet, literam נ vocis אַפְרָה majoris est formae

mae literis reliquis ejusdemque, qualem' initiales vniuersitatis
cujusque Psalmi induere solent. Nec superflua haec
videatur obseruatio. Etenim si veteres interpres con-
sulimus: Vulgatum, τετραβιβλιον τα, Syrum, (qui vocem
nostram in tertia persona **ئَلَّا** legit aut potius ver-
tit) Arabem, hi versum septimum cum sexto conjun-
ctum esse volunt. Num magnum Aleph forsitan huc re-
spicit? num, quod nos cum multis aliis credimus, novam
commate septimo introduci differentem personam nem-
pe Messiam innuere vult? Sed & hoc obseruatione dignum
est, quod tertius codex legat **בְּ** cum Tsere, non cum
Saegol. Evidem haud ignoro, Hackspanium jamdudum
(I. c. pag. 6.) contra Genebrardum annotasse: nomen con-
structum, vel in regimine, quod vocant, positum prae-
cedere, non sequi alterum, cum quo construitur; nec
me fugit, quid dixerint Michaelis ac Kallius in Dissertatione laudata; (§. 13. p. 16.) scilicet tertius, inquit, co-
dex Saegol & Chateph Saegol saepissime contrahit in
Tsere sine consensu caeterorum MSS. & impressorum. **III.**
Vocales in (omnibus codicibus) nostris saepe inter se
confunduntur (**ת**) cum (**ה**) (**ו**) cum (**ו**) &c. & contra.
Cujus permutationis exempla cum alibi, tum in Genealogiis
maxime, vbi nomina propria recensentur, plurima occur-
runt." Et mea quidem sententia, cui & Chaldaeus inter-
pres קִדְמָה vertens fauet, haec est, vt puncta vo-
calia, quae in codicibus impressis deprehenduntur, quia
sensus facilem praebent, sint feruandae. Attamen Aquila,
cujus omnino ratio est habenda, vt de Theodotione
deque aliis taceam, sic interpretatur: ἀναγγελλων ἵσχυες
ἀνγεῖσθαι. Ceterum si quis ex me quaereret, cur fere
omnes

omnes versiones antiquae ab usitata lectione discedant? responderem: aut significationem vocis פָנִים earum autores non intellexerunt, aut τὸν διπλόν bis legerunt, aut utrumque in eos cadit. Si bis vocem פָנִים legerunt, aut claris verbis eam interpretati sunt, ut LXX & Arabs, aut subintelligi pronomine tertiae personae, ut Vulgatus, (praeceptum ejus) vel primae, ut Syrus, voluerunt. Sed de his rebus satis.

V.

Versum septimum ita interpretor: dicam, quod verum est: Jehovah dixit mihi, tu es filius meus, ego hodie declaravi, te a me genitum esse. Non desunt, qui in dubium reuocent, psalmum secundum de Christo agere; sed major est numerus eorum, qui aliter sentiunt. Et fateor, me his accedere nec intelligere, qui fieri possit, ut quis carmine ipso perlustrato ac consideratis, quae in libris noui testamenti ex eo adducuntur, testimonii neget, de Messia illud loqui. Pfeifferus & Cramerus, ut alios omittam, locis supra citatis luculenter demonstrarunt, hunc psalmum esse e genere propheticorum, nec ad ullam alium spectare, nisi ad Iesum Christum. Sed & hoc dignum est animaduersione, quod carmen nostrum dramaticis sit annumerandum, de quibus egit Robertus Lowth in praelectione tricesima de sacra poësi Hebraeorum, p. 583-589. editionis Göttingensis prioris. Nam commatibus primo & secundo loquitur poëta, tertio principes seditionis, quarto & quinto poëta, sexto Deus, septimo, octavo, nono Messias, decimo, undecimo, duodecimo rursus poëta. Itaque Messias sic orationem adgreditur: פָנִים אַתָּה dicam, quod verum est. Interpretor: pretes

pretes tam de particula **bn** quam de voce **pn** certant. Ad illam quod attinet, nisi aliam fouerem sententiam, iis maxime assentirer, qui **bn** ponи credunt pro **bn** nota accusatiui, vt Ief. XXXVIII, 19. & alibi; non probarem Vriemoeti cogitationem, qui statuit, (l. c. pag. 201.) **bn** idem hic esse, quod alias ad fine **yy** de. Quid vero impedit, quo minus **rn** **bn** hic & saepius alibi significationem articuli Arabum demonstratiui **ll** vindicemus? Ad vocem **pn** quod spectat, verum ejus sensum, vt mihi quidem videatur, nemo loci nostri interpretum accurate expressit. Omnes enim, si Venemam quodammodo excipias, veritatis significatio fugit, quae **rn** **pn** inest, mireque facit ad sensum commatis optime explicandum. Apud Arabes **حق** est veritas. Cujus significationis innumera in Corona occurrunt exempla, v. c. Sur. II, 26. **نَبِيٌّ مُّصَدِّقٌ** scient, quod hoc sit veritas a Domino suo. **אֵת** exponitur a me: tu es; credo enim, ad hoc pronomen quadare illam observationem: pronomina personalia nonnunquam ponи pro verbis substantiis. **הַיּוֹם** respicit ad tempus resurrectionis Christi, vt paulo post videbimus. Reliquum est, vt ostendam in verbum **ילוֹתִיךְ** conuenire significationem eam, quam illi attribui, nempe interpretandum illud esse: declarauit te a me genitum. Igitur binos canones, quos Glassius conscripsit, (Philologiae Sacrae, lib. 3. tract. 3. can. XV. p. 781. can. XVII. p. 794. edit. Lips. 1743.) Vriemoet laudavit, C. B. Michaelis omisit, commendo, quorum alter ita inscribitur: verba, quae fieri, esse, vel agere quid significant, quandoque non tam essentiam vel actum, quam ejusdem notificationem, qualiscunque illa sit, & praenun-

cia-

ciationem denotant; alter vero sic: verba, quae fieri, esse, vel agere significant, quandoque pro rei cognitione ponuntur. Nam, ut quaedam proferam exempla, Levit. XIII, 3. וְאַתָּה non est: impurabit illum, sed, impurum eum declarabit; 2 Sam. XV, 4. וְזִקְנֵי non est: & justificarem illum; sed justum declararem eum; Iac. II, 21. אֲדֹנָיו non est: justificatus est, sed declaratus & compertus est, quod fuerit justificatus. Nostrum locum in iis, quae a Glassio adducuntur, desiderari, non nego. Sed considerandum est, hunc scriptorem (l. c. pag. 945.) eorum sequi sententiam, qui τὸν οὐτον meram aeternitatem notare putant, quamvis melior interpretatio eum non fugerit, ut pagina 384. docet; considerandum est, oportere nos in eo omne collocare studium, ut ipsi exempla colligamus, quae ad canones illustrandos & confirmandos faciant.

VI.

Multae sunt rationes, quae nobis persuadent, hanc, quam modo proposuimus, loci nostri explicationem primas facile tenere. Etenim voces omnes, si loqui ita liceat, liquide fluunt, omnibus inest proprius suus significatus: בַּיִם non interpretam regem, חַיּוֹת non aeternitatem, יְלִוְתִּיר non excitare e mortuis, aut instaurare regem, aut simpliciter declarare. Deinde nostra expositio optime in totum sermonis contextum quadrat: nam argumentum Psalmi qui meditatur nec praejudiciis regitur, concedet, illum describere personam illustrem, majorem omnibus principibus, dominum totius orbis terrarum, Dei filium, in quo omnes fiduciam ponere oporteat, fatebitur, de nullo alio nisi de Messia sermonem esse, ac perspiciet vox יְלֹוִזִּין si declaratiue exponatur, tum demum intelligi

gi quid velit exprimatio sub initium psalmi & exhortatio versus finem. Tertio loca quaedam noui testamenti, praesertim Act. XIII. 32. 33. & Röm. I. 4. nostram interpretationem confirmant. Ex his enim lucide patet partim psalillum nostrum ad tempus resurrectionis Christi spectare, partim ex eadem cognosci, Jesum esse vere filium Dei. Denique & hoc versionem nostram commendat, quod ea generationem filii Dei aeternam extra omne dubium ponat. Nam cum is, qui genitus esse a patre declaratur, dicitur filius Dei, cum adorare eum ac fiduciam in eo ponere reges oportet, cum summa potestas ac perfectiones diuinae, ut ex aliis scripturarum locis pater, ei tribuuntur, quid est, quod dubitemus, (quamvis non perspiciamus) filium ab aeterno genitum esse a Patre.

VII.

Sed tempus est, ut ad id veniam, cuius causa haec, quae hactenus scripsi praefatus sum. Quamquam enim probare possem, in commate nostro non adesse rautologiam aut si maius parallelismus membrorum, quamquam facile esset demonstratu, virumque mea sententia assumta evanescere & multa loca noui foederes docere, resurrectionem Christi Judaeis persuasisse, eum, cum diceret, se & Patrem unum, se filium Dei esse, veradixisse, ut alia taceam, tamen orationis filium est abrumpendum. Scilicet gratias, quam maximas habeo serenissimo Electori qui dignum me judicauit, cui tot clementiae suae darer documenta, laector sapientia et humanitate, quibus illustrissimus Proprinceps omnes sibi deuinicit, & opto, ut vterque sit felicissimus, ut ego semper ea agam, quae in virum bonum, doctorem honestum, theologum mansuetum cadunt. Sed & defendendam disputationem meam inaugurem indico, quam ut perfectam pronuntiem tantum abest, ut potius lubens fatear, nonnullos ei inesse naenos. Factum est, nescio quomodo ut § XXXIV. omittetur Francisci Turettini Institutio theologie eleuthericae (Genevae, 1688. 1689. 4. 3. voll.) quam satis laudare nequeo. Partes Respondentis in se suscepit Vir iuuenis elegans Joannes Fredericus Liebtrau Erfurtensis, cuius ingenium, doctrinam, diligentiam jure laudare possum. Ea, qua decet, obseruantia rogo, ut quotquot nobis faveant crastino actui adesse veliat. Dabam Erfurti a. d. III. Febr. MDCCCLXXIII.


Fd 3984



TA - DL

V317

WV



Farbkarte #13

B.I.G.



ENTATIO

AD

LM. II, 7.

QVA

ENDENDAM
NEM THEOLOGICAM
VGVRalem

INDICIT

IDERICVS FRORIEP

THEOLOGIAE DOCTOR

E BRAVARI MDCCCLXXIII.

R F V R T I

NONNII, ACAD. TYP.

m-